



~~Das Jr.~~

~~R~~

30

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS,
JO. PHILIPPUS
Streit, J.U.D.

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIA-
RIUS REGIMINIS,

AD AUDIENDAM LECTIONEM CURSORIAM

ad L. I. & 4. Cod. de rer. permur.

ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

AD DIEM XVII. OCTOBR. MDCC XXXV.

LECTOREM BENEVOLUM HUMANISSIME
INVITAT.

ERFORDIÆ,

Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

FACI TATIS IURIDICAE
DEGENS.
JO. PHILIPPUS
D. J. D.
EMINENSISSIMI AC. ELESTISSIMI PRINCIPIS
ELICITORIS HANOVERIANI CECINIVI
HIS NOMINA
AD ALPINAM MOTIONEM CURSONUM
MISSER TATONIUS IN AGRARIA
CIVICIS ET CIVITATIS HANOVERIANAE
LEGORVM DECRETORVM HANOVERIANORVM
MUNICIPALIUM
TITULI
CHRISTOPHI HIRNICH AVTOR



Ermutationis appellatio vel generalis, vel specialis est, illa comprehendit omnes contractus nominatos & innominatos. Specialis vero referatur ad res, quae pro rebus dantur diversi generis. Oltendorp. classe 4.
act. 38.

Res enim rebus permutare, omnibus conventionibus tam nominatis, quam innominatis est commune, ut permutatio nequeat ad certam speciem nomenque contractus reduci, ideoque apud veteres fuit dubitatum, an hoc placitum idem cum emptione esset L. 11. §. 1 ff. de contrah. empt. §. 1. inst. eod. Wesenbec. ff. de retin. permut. n. 1. vicina tamen est emptioni venditioni, cum illi originem dederit, in principio enim homines usi permutatione, quâ vinum pro tritico, oleum pro melle, bovem pro equo commutabant, unâ, quoque rem, quâ non ita indigebat

pro aliâ, quam desiderabat, dante, postea propter rerum inæqualitatem, & quia sëpe multi non indigebant rebus, quibus alii abundabant, quò facilius fierent commutationes, ad commodum societatis humanæ, adinventa & introducta fuit materia, quæ publicâ auctoritate percussa, certum haberet valorem, & esset pretium, ac velut mensura cæterarum rerum, estque ea dicta pecunia, quod olim pecudis notâ signaretur.
Plinius lib. 33. cap. 3. Mansit nihilominus permutationis usus, quæ vicina quidem emptioni venditioni *L. 1. ff.* de empt. vend. ab ea tamen plurimum differt, cum emtio sit contractus nominatus, in quo pecunia datur, ut res accipiatur; in permutatione vero detur res, ut vicissim res detur. Porro emptio non obstringit venditorem præcisè rem propriam tradere, sed vacuam possessionem cedendo, contractus perficitur, donec res evicta sit. *L. 3. Cod. de evict. L. 25. §. ff. de contrahend. empt.* permutatio vero non perficitur, nisi res propria detur. *L. 1. §. 1. 2. 3. ff. de rer. permuat.* adeo, ut rei alienæ non sit permutatio, & datione rei talis, non satisfiat conventioni. Insuper emptio venditio solo consensu perficitur, sed permutatio ex re traditâ initium obligationis demùm consequitur. Alioquin ex nudo pacto permutationis, nullâ re securâ, constat nemini actionem competere, nisi subjecta fuerit stipulatio: Transit tamen dominium, re ex permutatio-

tatione traditâ; et si ab alterâ parte necdum sit satis-
factum dicit. L. i. in fin. ubi dicitur competere illi con-
ditionem, qui ex suâ parte satisfecit, quod aliter se
habet in emptione & venditione, ut patet ex dictis.
Est autem permutatio contractus innominatus, quo res
cum re commutatur. Et ita quidam restinguunt hunc
contractum ad speciem contractus, do ut des; distinguunt
tamen aliqui hos contractus, & veteres in eo differen-
tiā ponunt, quod permutatio fiat de specie certa in
certam speciem, ut quando certus fundus datur pro cer-
tâ domo. L. 5. ff. de rer. perm. quando vero res in ge-
nere cum aliâ in genere commutatur, sit contra-
ctus do ut des. Glos. fin. in §. L. i. videtur tamen non es-
se differentiam per L. 5. ff. de prescriptis verb. Quod si
ex una parte res & pecunia interveniat, ut detur res
ex altera parte, is censendus est contractus, quem par-
tes inire voluerint L. tenetur 6. §. 1. Et 2. d. tit. de empt. vend.
fin de mente non pateat, jūdicandum pro excessu, si
pecunia prævaleat, sit emprio: si res, permutatio, si
quidem in dubio semper is contractus præsumitur ce-
lebratus, qui utilior est contrahentibus, qualis est per-
mutatio, quæ pœnitentiæ locum relinquit. Existimat
tamen Covaruvias libr. 2. var. resol. c. 4. n. 9. Quem
sequitur Fachin. libr. 2. controversial. cap. 45. conventio-
nem istam simul esse venditionem & permutationem
pro dimidia parte, cum æquales sint utriusque spe-

eies & pecunia argum. L. 18. de donat. E. 32. s. pen. ff.
de donat. inter vir. & uxor. Quod si itaqne quis rem
suam cum altero permutaverit & tradiderit, is verò
rem suam dare recusaverit, illi datur actio præscriptis
verbis ex permutatione, quâ petere possum, ut iste
mihi rem, de quâ convenit, tradat, vel rem traditam
restituat. Atque id quod interest præstet, nihil enim
humanæ fidei magis congruit, quam ea, quæ placue-
runt, custodire, & ut ait Oldendorp. Clas. 4. act. 38. na-
turâ æquum est, si quis rem suam bona fide alicui tra-
dat, expectans vicissim ad usus sui necessitatem
aliam sibi dari, ut is actionem habeat adversus de-
tractantem implere contractum permutationis; inde
etiam sequitur, quod in hoc contractu locum habeat
evictio, si ab aliquo ex contrahentibus res evincatur.
Textus est in lege permutationis cod. de evict. & in L. 1. cod.
de rerum permut. Quam legem cum l. 4. ibid. L. 8.
Cod. de sentenc. & interloc. l. 20. ff. de Solut. & l. 4. Cod. de
evict. conjunctim è Cathedra publicè interpretabitur

NOBILIS ET CLARISSIMVS

DN. JOANNES CONRADVS
BIRCKENSTOCK,

Natus in Rhingavia Provincia Moguntina, Erbaci an-
no 1703. Patre nobili Domino JOANNE BIRCKEN-
STOCK, Matre MARIA JOANNA SOMMEREISEN
conjugibus. Absolutis Moguntiæ studiis humanieri-
bus

bus ac Philosophiâ, quam ibidem universam primus in
ordine defendit, Institutiones juris civilis & digesta
Heripoli sub dominis professoribus ordinariis HAF-
BERMANN & LANGEN audivit. Inde Lovani-
um se contulit, ac per triennium juri civili ac cano-
nico operam dedit. Porrò lugduni Batavorum præ-
lectiones clarissimi Vitriarii ad jus naturæ & gentium,
nec non *Jus Publ. Rom. Germ. & Capit. Cœf. publicas & pri-
vatas per annum frequentavit*. Inde Wetzlariam abiit,
ibidemque auditio collegio practico, Excellentissimo
& illustrissimo Domini Dn. L. B. ab Ingelheim Sa-
crae Cœsar. Maj. Consiliario intimo actuali & Came-
rà Imperialis Judicii, per octo annos, & jam ab an-
no Nobilitati immediate Wetteravicæ à consiliis fuit.
Nunc verò perantiquam universitatem hujatem accessit,
& à Facultate juridica, ut summihonores Academicci sibi
ritè conferrentur, modestè petit, ad consuetum & ri-
gorosum examen admissus, in eo in utroque jure ac-
quisitam suam doctrinam & scientiam satis ostendit;
non perfunctoriè enim & hæsitanter, sed promptè ac
solidè quæstionibus propositis satisfecit, ut per una-
nimia suffragia honoribus academicis eum dignissi-
mum judicaverimus. Cras igitur horis consuetis le-
ctionem cursoriam ad dict. L. i. Cod. de rer. permitt. cā-
que finitâ Disputationem

DE

DE
OBLIGATIONIBVS ET AC-
TIONIBVS, ILLARVM NATVRA, VI PO-
TESTATE ATQVE EFFECTV CVM EX
PLACITIS JVRIS CIVILIS , TVM EX
PRINCIPIIS JVRIS NATVRÆ ET
GENTIVM

habebit. Ad quos actus solennes Magnificus Domini-
nus Rector, cæterique Domini Proceres ac Cives Aca-
demici perhumaniter invitantur. Publicatum sub Si-
gillo Facultat. Juridicæ XVI. Octobris MDCCXXXV.



L.S.

84

154562

ULB Halle
005 372 046

3







30

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS,
JO. PHILIPPUS
Streit, J.U.D.

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIA-
RIUS REGIMINIS,

AD AUDIENDAM LECTIONEM CURSORIAM
ad L. 1. & 4. Cod. de rer. permur.

ET
DISSERTATIONEM INAUGURALEM
AD DIEM XVII. OCTOBR. M DCC XXXV.
LECTOREM BENEVOLUM HUMANISSIME
INVITAT.

ERFORDIÆ,
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.